BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 55r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



femur suum. Ite et redite deporta
usque ad portam per medium castro
rum et occidat unus quisque fratrem
suum et amicum suum et proximum
suum. Fecerunt que filii levi iuxta
sermonem moysi. cecideruntque die
illo quasi viginti tria milia hominum.
Et ait moyses. Consecrastis ma
nus vestras domino hodie. unusquisque
in filio et fratre suo ut detur vobis be
nedictio. Facto autem die altero locu
tus est moyses ad populum. Peccastis
peccatum magnum. ascendam ad dominum.
si quomodo eum quivero deprecari pro
scelere vestro. Reversus que moyses ad
dominum ait. Obsecro domine. pec
cavit populus iste peccatum maximum. fe
cerunt que sibi deos aureos. Aut dimit
te eis hanc noxam. aut si non facies.
dele me de libro tuo quem scripsisti
Cui respondit dominus. Qui pec
cavit michi. delebo eum de libro meo
Tu autem vade et duc populo tuo. quod
locutus sum tibi. Angelus meus pre
cedet te. Ego autem in die ultionis.
visitabo hoc peccatum eorum. Percussit
ergo dominus populum. pro reatu vituli.
quem fecit aaron. XXXIII

Locutus que est dominus ad
moysen dicens. Vade des
cende de loco isto. tu et populus
tuus. quem eduxi de terra egypti. in ter
ram quam iuravi abraham. Isaac
et iacob dicens. semini tuo dabo eam.
et mittam pretursorem tui angelum.
ut eiciat chananeum. amorreum.
et etheum. et pherezeum. et eveum.
et iebuseum. et intres in terram flu
entem lacte et melle. Non enim ascen
dam tecum. quia populus iste dure cer
vicis est. ne forte dispendam te in via
Audiens autem populus sermonem hunc
pessimum. luxit et nullus ex more
indutus est cultu suo. Dixit quo
que dominus ad moysen. Loquere
filiis israel. populus dure cervicis est.
semel ascendam in medio tui. et
delebo te. Iam nunc depone ornatum
tuum. ut sciam quid faciam tibi
Deposuerunt ergo filii tui israel.
ornatum suum a monte. Moyses
quoque tollens tabernaculum. tetendit
extra castra procul. Vocavit que no
men eius tabernaculum federis. et omnis
populus qui habebat questionem aliquam.
egrediebatur ad tabernaculum
federis extra castra. Cumque egre
deretur moyses ad tabernaculum.
surgebat universa plebs. et stabat
unusquisque in hostio papilionis
sui. aspiciebantque tergum moysi.
donec ingrederetur tentorium. In
gresso autem illo tabernaculum federis.
descendebat columpna nubis. et
stabat ad hostium tabernaculi. Loque
batur que dominus cum moyse cer
ventibus universis. quod colump
na nubis staret ad hostium taber
naculi. stabantque ipsi et adorabant
per fores tabernaculorum suorum. lo
quebatur autem dominus ad moysen
facie ad faciem. sicut loqui solet homo
ad amicum suum. Cumque ille re
verteretur in castra. minister eius
iosue filius nun. puer non recede
bat de tabernaculo. Dixit autem moy
ses ad dominum. Precipis populum
istum. et non indicas michi quem mis
surus sis mecum. presertim cum dixe
ris. novi te ex nomine. et invenisti